



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CDXV. Erzbischof Albrecht verschreibt denen, welche die von Caspar Buchholtz im Dom zu Stendal gestifteten Tenebrae besuchen, einen Ablaß, am 10. October 1515.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

CDXV. Erzbischof Albrecht verschreibt denen, welche die von Caspar Buchholz im Dom zu Stendal gestifteten Tenebrae besuchen, einen Ablass, am 10. October 1515.

Albertus dei et apostolice sedis gratia sanctarum Magdeburgensis et Maguntinensis archiepiscopus, Primas et sacri Romani imperii in Germania archicancellarius, princeps elector et Halberstadenſis ecclesiarum administrator, Marchio Brandenburgensis, Stettinensis, Pomeranie, Cassuborum Slavorumque dux, Burggravius Nurembergensis ac Rugie princeps, Universis et singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ex parte providi nobis in christo dilecti Caspari Bucholtz civis Stendaliensis, Halberstadenſis nostre diocesis, nobis expositum est, Qualiter ipse bone devocionis zelo concitatus quoddam ministerium divinum, decantacionem videlicet — Responsorii Tenebre facte sunt, singulis sextis feriis in ecclesia collegiata sancti Nicolai opidi Stendaliensis una cum pulsu meridiano sub decantacionem repeticionis dicti responsorii, scilicet Et inclinato capite in memoriam amarissime passionis domini nostri Jhesu christi in prefata ecclesia fiende, sub competenti provisione instaurare et fundare decreverit, Unde nobis humiliter extitit supplicatum, quatenus eandem instauracionem et ordinacionem admittere ac pro augenda devocione christi fidelium, eorundem mentes circa eandem allectivis indulgentiarum muneribus propensus excitare dignaremur, Nos igitur qui ex pastoralis regiminis cura ad divini cultus augmentum astringimur, petitionibus hujusmodi tamquam justis ac in salutem animarum tendentibus inclinati, prefatam instauracionem ac ordinacionem admisimus ac presentibus dei nomine admittimus Omnibus quoque et singulis vere penitentibus et confessis hominibus christi fidelibus, qui sub decantacionem dicti Responsorii Tenebre facte sunt prefatam ecclesiam devocionis causa acceſſerint, vel sub pulsu predicto ad honorem quinque vulnerum christi, oracionem dominicam et salutacionem angelicam devote oraverint, tocies quociens id seu aliqua premisorum fecerint, De omnipotentis dei misericordia ac sanctorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate ac sanctorum Mauricii et sociorum ejus Martini atque Steffani nostrorum patronorum meritis confisi, ac ex speciali gratia et privilegio sedis apostolice Centum et quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis, de decantacione dicti responsorii et quolibet pulsu meridiano dicte ecclesie modis ut premititur fiendis, seorsum misericorditer in domino relaxamus, In quorum fidem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Aula nostra Episcopali Halberstadenſi, Anno domini Millesimo quingentesimo decimo quinto, die vero Mercurii, decima mensis octobris, Aetatis nostre viceſimo sexto, pontificatus vero nostri anno secundo.

CDXVI. Churfürst. Consens für Gevert von Alvensleben, Hebungen aus dem Gardelegener Zolle dem Capitel zu verpfänden, vom 18. Aug. 1516.

Wir Joachim von gotts gnaden Marggraue zu Brandenburg etc. Bekennen, — das wir vnsern lieben getrewen Geuerten von aluenfleuen zu Gardelege vmb seiner vleißigen Bett vnd anliggenden nott willen vergunt vnd erlewbt haben, das er den wirdigen vnd andechtigen vnsern lieben getrewen propst, Techant vnd gantzem Capittel der Stiftkirchen zu Stendall funffzig gulden jerlicher zins vnd Rente aus seinem anteill Zolls zu Gardelege vor Tawsent gulden heuptsum vff einen rechten widerkauff — verkauffen mag —, doch also das gnanter Geuert von aluenfleuen